UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De modis quibus acquirantur Beneficia jure Extraordinario. Tit. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-62028

Visual Library

LIBER SEXTUS.

TITULUS I.

De modis quibus acquirantur Beneficia Jure Extraordinario.

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*
2. *Modi extraordinarii ex conferentium perſonis ſunt metiendi.*
3. *Qui ſint.*

Explicatis in præcedenti libro modis, quibus acquiruntur Beneficia *Jure Ordinario*, conſequens, ut explicemus hôc modos, quibus eadem acquirantur *Jure Extraordinario.* 1

Metiendi ii ex conferentium perſonis. Quæ ſunt Papa & Legatus à Latere, Beneficia vacantia in Diœceſi Ordinariorum ſita conferentes; beneficia, cum vacatura, ut conferant, mandantes: Ea in eum caſum ſibi reſervantes: Nominationes ad beneficia concedentes. 2

Modi ergo Jure Extraordinario acquirendi Beneficia, ſunt: 1. Collatio Papæ extra Diœceſin; 2. Ejus Præventio; 3. Mandatum de providendo; 4. Reſervatio; 5. Nominatio. De quibus omnibus tractabimus in hoc libro ſexto. 3